


Phæn. XIII. statim descendunt. 7. Quæ frigidæ sub initium supernatant tantillo saltem leviores, si ore cannæ admoto supereminens aër fugatur, illicò merguntur, sed cannâ ori subductâ statim Phæn. XIV. redeuntes. 8. Quæ calidiori aquæ innatabant in frigidorem projectæ subsidunt &c.

Fig: 31.



Causa I.
Phæn.

IX. Scilicet, quod calefacto globulo A & extremitate flexi tubuli B liquori cuidam subitò immersâ, hic subitò per omnes tubuli anfractûs in cavitatem A usque attolleretur, ejus rei causam obviam habuimus, aëris intra tubulum valde rarefacti debilitatum maximè elaterium, quod illi externi aëris adhuc integro validoque cedere pressumque fortiter liquorem in ea loca admittere cogebatur, in quibus minus resistentiæ violentior illa expulsio inveniebat. Eo ipso autem, dum rarior intra tubuli flexuras aër, ab introacto liquore retroactus